



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

In tabulam peregrinationis Abrahæ. Ode Diclos Distrophos ad Fidem. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44973**

M O N U M E N T A .

27

Tunc senex, auctor sobolis futuræ,  
Cespite instratas pia thura ad aras  
Admouet, iungens precibus probanda  
Dona superstes.

Annuit votis Deus, ac benigna  
Voce, sicut, dixit, renouata certis  
Curibus, iustos habitura mundi:

Tempora fines.

Iam semel vastis periisse in vndis  
Secla brutorum sobolemque Adami,  
Sit satis; posthac potiora tecum  
Fœdera iungam.

F O E D V S I N S T A V R A T V M .

Fraude hominum Deus offensus cùm concipit iras;  
Consilij clemens est memor usque sui.

M I S E R I C O R D I A E P R O S P E C T R I C I S .

---

In tabulam peregrinationis Abrahæ.

Ode Dicolas Distrophos ad Fidem. V. I.

Quem tu diua Fides virum  
Viuentem solido pectore fixeris;  
Vulgo & sepositum leui,  
Arcani imbueris muneribus tuis;  
Illum non labor improbus,  
Ignotius loci suspicio tremens,  
Aut urbis memorem suæ,  
Laudantemve soli commoda cogniti,  
Terret, quo minus arduas  
Iussus voce Dei perficiat vias.  
Quamquam incerta quies loci  
Non usquam stabilem contineat domus,  
Iamque exusta caloribus,  
Iam concreta pigræ frigoribus nivis  
Ostentet regio metum:  
Non siluae indomitæ horribiles feris,  
Non præcepit fluuij fragor,  
Non obiecta hominum turba nocentium  
Frangit propositum graue,  
Quia uictor temerat uictor amabilens.

E.

O. VII.

38 HUMANAE SALVATIS

O virtutibus integris  
Dux certa, & superum viribus summa,  
O quae corpore languidis  
Ruber sufficere & vim potes integrans  
Tu insperata parentibus  
Efferto senio pignora prospicis;  
Tu montes trahere, & maris  
Fluctus dissipare, & flumina rupibus  
Insuetas noua per vias  
Deriuare potes; nam bonus omnia  
Regnator superum tuis  
Et sese voluit tradere nutibus.

OBEDIENTIA CONSTANS.

Ille sapit, qui diuitias patriamque genusque,  
Qui decus in solo numine proposuit.

FIDEI DUCI SAC.

In tabulam temptationis Abraham.

Ode dicoles Tetraphos. VII.

Sedatum innumeris ante periculis  
Viucis fidei robur, in ultimos  
Incursus stabilis sustinet Abraham,  
Aeternumque meret decus.

Incensus studiis, & docilis sequi  
Quicquid vel iubeat vel vetet arbiter,  
Cælorum bonus & cælicolum sator  
Cui se subdiderat pium;

Exhausti senii pignora dulcia  
Concessa ac sobolis semina posteræ,  
Flammis ut properet tradere mysticis;  
Præsens voce monet Deus.

Illum non iuuenis vultus amabilis,  
Hostis qui gladium sisteret, ac manus  
Nec virtus variis vnica seculis  
Turbat, nec pietas patrem:

Orbandæ aut gemitus coningis, & grani  
Questu perpetuo difficiles dies.  
Aut immensus amor continet ediri  
Nati non solitis modis.

Promissionem